



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Neocesariense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

ellas quæ tanq̄ sorores cū nonnullis viris habitare volunt, ab eorū consortio prohibemus.
 XX. ¶ Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.
 XXI. ¶ De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum vt vtero conceptus excutiat, antiqua quidem definitio vsq; ad exitum vitæ eas ab ecclesia remouet, humanius nunc definimus, vt eis decem annorū tēpus pœnitentiæ tribuatur.
 XXII. ¶ Qui voluntarie homicidiū fecerint, ad pœnitentiā quidē iugiter se submittant. Circa autē exitū vitæ, cōmunionē digni habeantur. Eos vero qui nō voluntate, sed casu homicidiū fecerint, prior regula post septem annorū pœnitentiā, cōmunioni sociauit secundū gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennij tempus tribuit.
 XXIII. ¶ Qui aurguria vel auspicia siue somnia vel diuinationes quaslibet secundum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliqubus arte malefica, aut domus lustrant, confessi, quinquennio pœnitentiā agant secundū antiquas regulas constitutas.
 XXIII. ¶ Si quis sponsam habēs, sorori eius forsitan intulerit vitii, eiq; inhæserit tanq̄ suæ & sibi expetendam esse coniunctionem, hac autem decepta, postea vxorem duxerit desponsatam. Illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui huius facti sunt consēj, decem annis in pœnitentiā redigantur secundum canones constitutos.
 ¶ Explicit Concilium Anciranum.

Incipiunt capitula Neocesariensis concilij.

- | | |
|--|---|
| ¶ De p̄b̄is q̄ vxorē ducere nō debeāt. Ca. 1. | Vxor̄is adulterę vitæ, clericū fieri nō debere. 8 |
| ¶ De muliere duobus fratribus nubere non licere. 2 | ¶ De p̄b̄is corporali pctō p̄occupatis. 9 |
| ¶ De his qui multis nuptijs cōmunicauerūt. 3 | ¶ De diaconibus corpali pctō p̄occupatis. 10 |
| ¶ De concupiscentia non consummata. 4 | ¶ De presbytero minus triginta annorū minime ordinando. 11. |
| ¶ De cathecuminis peccantibus. 5 | ¶ De his qui in egritudine sunt baptizati. 12 |
| ¶ De pregnantibus baptizandis. 6 | ¶ De presbyteris alterius regionis. 13 |
| ¶ P̄b̄os in secūdis nuptijs nō debere orare. 7 | ¶ De diaconibus septem. 14 |

Incipit Concilium Neocesariense.



¶ Hi quidem canones secundi sunt eorum qui in Ancira & Cæsa rea expositi sunt, Nicænis vero priores inueniuntur. ¶ Conuenerunt autem in synodum memoratam i Neocæsariense ciuitate hi qui infra scripti sunt. Vitalis, Germanus, Sedus, Hyftrius, Lupus, Geronius, Salamnus, Leontius, Sanctus Basilius, Valentinus, Stephanus, Gregorius, Longinus, Narcissus, Decasus, Leontius, Heraclius, Alipius, A quibus regulæ prolatae sunt quæ infra scriptæ sunt.

¶ Cap. primū. ¶ Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine illū deponi debere. Quod si fornicatus fuerit vel adulterium cōmiserit, extra ecclesiam abijci & ad pœnitentiā inter laicos redigi oportet.
 II. ¶ Mulier si duobus nupserit fratribus, abijciatur vsq; ad diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamen vt si forte sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto ad pœnitentiā admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in huiusmodi consortio constituta, difficilis erit pœnitentia remanenti, quæ sententia tam viros q̄ mulieres tenere debet.
 III. ¶ De his qui frequenter vxores ducunt, & de his qui sæpius nubunt, tempus quidem his constitutum manifestum est, sed conuersatio & fides eorū tempus abbreviat.
 IIII. ¶ Si quis concupita muliere, etiam si concubitus eius desiderium habet, non autē subsequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum.
 V. ¶ Cathecumenus, id est audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum cathecuminis, si peccare fuerit visus figens genua, audiat verbum vt se abstineat ab illo peccato quod fecit. Quod si in eo perdurat, abijci omnino debere.
 VI. ¶ De pregnantibus, q̄ oportet eas baptizari quando volunt, nihil enim in hoc sacramēto commune est parituræ & illi qui de eius vtero fuerit editus, quia vniuscuiusq; in illa cōfessione libertas arbitrij declaratur.

Concilium Neocesariense.

- N VII.** ¶ Presbyterum conuiuio secularium nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur secundis nuptiis poenitentiam tribuere, quis erit presbyter qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis.
- O VIII.** ¶ Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam constituto eo adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.
- P IX.** ¶ Qui admiserit corporale peccatum & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat autem in alijs officijs propter eius studij utilitatem. Nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste conuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.
- Q X.** ¶ Similiter & diaconus si in eodẽ culpæ genere fuerit inuolutus, sese à ministerio cohibebit.
- R XI.** ¶ Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamuis sit probabilis vir, sed obseruetur usque ad præfixitum tempus, Dominus enim trigesimo anno baptizatus est & tunc prædicauit.
- S XII.** ¶ Si quis in egritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.
- T XIII.** ¶ Presbyteri qui conregionales non sunt, in ecclesia præsentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis offerre non possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calicem porrigere. Quod si absentes sunt ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati ad dandam orationem, soli debeant dare. Vicarij autem episcoporum (quos Graeci coepiscopos vocant) constituti sunt quidẽ ad exemplum septuaginta senos, sed tanquam confacerdotes propter sollicitudinem & studium quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.
- V XIII.** ¶ Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamuis magna sit ciuitas, regulæ tamen autoritas ista est, quod & liber actorum apostolorum insinuat.
- ¶ Explicit Conciliũ Neocesariense, quod fuit, Anno dñi, CCC. XIII, in Ponto Polemoniaco

Incipiunt capitula Gangrensis concilij.

- | | | | |
|---|---------|--|----|
| ¶ De his qui nuptias damnant. | Cap. 1. | ¶ De continentibus & vsu palliorum | 12 |
| ¶ De his qui carnes manducantes dant. | 2 | ¶ Non debere mulierem continentiae causa virilem habitum usurpare. | 13 |
| ¶ Non debere seruũ occasione religionis dominum contemnere. | 3 | ¶ Non debere condemnantem nuptias à viro discedere. | 14 |
| ¶ De oblatione presbyteri coniugati. | 4 | ¶ Non debere quemquam continentiae causa filios suos negligere. | 15 |
| ¶ Orationes ecclesiae non debere contemni. | 5 | ¶ Ne filij occasione religionis parentes suos despiciant. | 16 |
| ¶ Non debere extra ecclesiam congregari. | 6 | ¶ Caput tondere mulieri non licere. | 17 |
| ¶ De fructibus in ecclesia & non alibi dandis. | 7 | ¶ Non debere die dominico ieiunare. | 18 |
| ¶ De his quæ in vsu pauperum conferunt. | 8 | ¶ Non licere communia ieiunia soluere. | 19 |
| ¶ Virginitati studentem non debere nuptias execrari. | 9 | ¶ Communicandum in basilicis martyrum. | 20 |
| ¶ De his qui pro virginitate superbiunt. | 10 | | |
| ¶ Agapem fratrum non debere contemni. | 11 | | |

Incipit concilium Gangrense.

X
Anno dñi
337, in Pa
hplagonia



Y

Omnis honorabilibus confacerdotibus in Armenia constitutis episcopis. Eusebius, Alpius, Philetus, Eulalius, Pappus, Basilus, Bithinicus, Heratius, Ipatius, Bassus, Eugenius, Gregorius, Elianus, Presbiterus, Eugenius, Qui conuenerunt in Gangrense concilium in domino salutem. ¶ Quoniam conueniens sancta synodus episcoporum in ecclesiam Gangrensem propter quasdam ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas, & ea quæ secundum Eustachium gesta sunt dinoscenda inuenit multa fieri indecenter ab his qui eundem Eustachium secuti sunt, necessario statuit palam omnibus factis amputare vniuersa quæ ab eodem male commissa sunt. ¶ Declaratum est enim hos eosdem nuptias accusare & docere quod nullus in coniugali positus gradu spem habebat apud deum, unde factum est ut mulieres multæ seductæ relictis proprijs viris, & viri uxoris destitutis vinculum